Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38278
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



Non temporalium damna cōmodorū sed uirtutum detrimenta spiritalium qui flent aeternae beati
tudine consolabuntur. Ubi non nr̄ae solum sed et proximi iubetur commissa deflere. quem si ut nos
diligimus consequent̄ illius et pfectu nos gratulari et defectu necesse ē tribulari. nec solum tribu
lari uerum ad lacrimas usq: succendi. sic enim samuhel et dauid peccatū saulis et interitū
lugent sic peccatricem dn̄s ipse fleuit super ciuitatem et mestis conpassus sororib: lazarum
quem diuina erat maiestate resuscitaturus humana prius miseratione deflebat. Mistice signifi
cans eos qui peccata moste sopiuntur ut reuiscere queant a proximis ēē plangendos. qd aut̄ nunc
flentes risuros ēē pmittit. Non puerilit̄ accipiendū ē sed scriptura uerae more risus nomine
mentis exultatio et affectus quidam laetior intellegendus ē ēē designatus. sicut sarra risum
Inquit mihi fecit ds̄. et in iob dictū ē. Os aut̄ ueracium replebitur risu perq: ut dixi nomina
gaudium animae figuratur interius.

t. xlviii
m̄ xxx

Beati eritis cū uos oderint homines et cū separauerint uos et exprobauerint

Qui propt̄ diuitias [illegible] xp̄i In scis ppt̄ panem uitae aeternae ppt̄q: spem caelestiū gaudio
rum [illegible] esuriem paupertatemq: pati desiderat beatus ē. Multo aut̄ beatior qui has inter
aduersa uirtutes seruare non trepidat quia odiant lic et hominis corde nefando dilectum xp̄o
corledere neq: unt separent et sinagoga depellant xp̄s inuenit et confirmat exprobrent nom̄
crucifixi ipse con mostuos sibi con resuscitat et consedere facit in caelestibus.

Et eiecerint nomen uestrum tanquam malū propt̄ filium hominis.

Nomen uestrum qd dicit nomen xp̄i anorum significat qd a gentilib: iudaeisq: sepissime quan
tum ad ipsos memoriae abrasum et ab hominib: ē iectum nulla iam existente causa odii
nisi ppt̄ filium hominis quia uidelic et nomen xp̄i credentes suum uoluerint facere cognomen
atq: Ideo nominis summi psecutores hominū non in merito nomine notantur. beati Inquit
eritis cum uos oderint homines docens eos ab hominib: insectandos sed ultra homines ēē beandos.

Gaudete in illa die et exultate ecce enim mercis uestra multa in caelo.

Non hoc a quolib et patiente sed habeo qui supne tantū mercedis intuitu patitur p̄ceptum po
test impleri. ut scilic et Int̄ odia cordium int̄ ppria linguarum int̄ ipsas psequentium
manus aequali Immolatiori adhuc corde uersetur. non ad hoc nr̄i similes ualent. sed eorū
qui ibant gaudentes a conspectu concilii qn̄m digni habiti sunt pro nomine ihū contumeliā
pati. qui ergo multa in terris pro xp̄o sustin et aduersa multa in caelis pro xp̄o recipi et dona
ce erum quanta ab helia uerborum iacula falsi sustenuere pph et ae quos deridens aiebat
Clamate uoce maiore. ds̄ enim ē bahal. et forsitan loquit̄ aut in deuersario ē aut in itenere
aut ceste dormit ut excitetur quantā dedere strategem qui octingenti simul et quinquaginta
sunt interempti. Uerum quia bahal et non xp̄s in causa erat nec in risi gaudebant nec
occisi palmā sed poenam meruere per ennem.

Secundum haec enim faciebant prophetis patres eorum.